



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

2. Qui possint inquirere, & quando Praelati debeant ad inquisitionem specialem procedere?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ne procedendum est, evidentius ex iure Canonico quàm Civili habeatur, inquisitione tamen utrumq; ius authorem habet.

2. Porrò inquisitionem facere possunt quicumq; merum imperium habent: imprimis summi Domini, Summus Pontif. & Imperator; horumq; legati & delegati. Item Episcopi in suis Dioccesibus, Metropolitanani juxta textum *de excessibus Prælat:* Præterea Provinciæ Præses, & illi qui habent cognitionem causæ criminalis per *L. 1. §. quis ultro. ff. de quæst: & cap: sicut olim de offic: ord: cap. licet eod:* in quo continetur qua ratione Metropolitanani possint ad inquisitionem procedere, quando Prælatus descendit ad inquirendum, quia debet descendere cum Canonicis suis *lxxxvi dist. can: si quis verò.* Et quidem inquirendi debet statim atq; clamor ad eorum aures, qui inquirendi potestatem habent, sufficiens pervenerint: in quo cum iure determinatum nihil sit, opus est prudētis arbitrio. ut habetur *arg: L. 1. in fin: ff. de jure deliberandi.* nam quis dicet per quot vices ascendit clamor Sodomorum ad eum qui dixit, descendam & videbo utrum clamorem

rem

rem, qui pervenit ad me, opere impleverint? certè tanta esse potest aliquando subjecti impietas, ut propter unicum clamorem inquisitio concedi possit, teste Rosfredo Beneventano *part. 7. h. t. n. 1.* qui exempli loco ibidem adducit Archiepiscopum Acheruntinum & Abbatem S. Trinitatis de Verona, & Abbatem S. Salvatoris de Venetiis.

3. Cæterum regulariter specialem instituet Judex publicâ famâ, & rumore vulgi non temerario permotus *cap. qualiter 24. h. t.* ne temerè in aliquem & cum periculo alienæ æstimationis grassetur. *arg. L. Praetor 7. in princ. ff. de injur.* Ut proinde de occultis criminibus prohibita sit inquisitio *cit. cap. ff. de injur.* & propterea imprimis constare oporteat de delicto commissio saltem in genere, v. gr. quod reperiatur homo occisus, furtum factum vel rapina, nesciaturque à quo, & de isto Judex ante omnia informationem petet, curabitq; in actis describi qualitatem delicti. *Marant. 6. p. princ. num. 17. & 18. ex publicâ famâ, quæ vicem sustinet accusatoris cit. cap. qualiter :* sed proveniente